Universitätsbibliothek Paderborn

Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati mortalis Libri Qvinq[ve]

Pelecyus, Johannes

Monachii, 1615

XVII. Homo improbus voluptatem carnis, quæ proprij corporis conseruationi seruit, patronam sibi suorumque flagitiorum asciscit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52025

Visual Library

Capvt XVII.

Homo improbus voluptatē carnis, quæ proprij corporis cōſeruationi ſeruit, patronam ſibi ſuorumq; flagitiorū aſciſcit.

QVæ ad proprij corporis cō-
ſeruationē faciunt, cibus &
potus, ex plurimis, principē locū
obtinent, de quib. proinde ſolis
etiā in præſens agere viſū eſt. Ci-
bi & potus ſumptio, quam recta
ratio præſcribit, in vitio nō po-
nitur, ſed bona, & laudabilis, &
ad vitā ſanitatemq; tuendā, per
quā homini neceſſaria eſt; *Nemo* *Ad Eph.*
enim vnquam, vt Paulus ait, *car-* *5.29.*
nem ſuam odio habuit, ſed nutrit & fo-
uet eam. Dicitur etiā à ſapiēte: *Ini-* *Eccli.29.*
tium vitæ hominis aqua & panis, & *28.*
veſtimentum, & domus protegēs tur-
pitudinem. Eorū verò vſus, cōtra
rationis dictamē ſuſceptus, ma-
lus, vituperabilis & pnitioſus eſt.

Rom. 13 14. Vtrumq; ſignificat D. Paulus h
verbis: *Carnis curam ne feceritis*
deſiderijs; priorib. enim vſum ne-
ceſſarium probat, poſterioribus
exceſſum damnat, vt ait in hunc
locũ D. Chryſoſtomus; non nul-
la enim cura & prouidentia cor-
poris proprij habenda eſt, nõ ta-
men ita, vt ipſius cupiditatibus
ſeruiatur: quod egregiè explicat
Gregorius Magnus, tractans illũ
Lib. 30. locum Iob: *Clamorẽ exactoris nõ au-*
mor. c. 14. *dit*, quæ inquit, *fieri in deſiderio prohi-*
c. 39. 7. *bentur, in neceſſitate cõceduntur.* Iam
impius (cui Apitius ſanctorum
ſuprem⁹ eſt) cũ Philoxene grui
collum deſiderãs, lautasq; culi-
nas ſectãs, ad mulſum, ad elabo-
ratas carnes, ad iura Apitij & Phi-
xami aſpirat, murænas ex freto
Siculo. Mæandri anguillas, & quæ
Prou. 23. in Melo ſunt hœdos deſiderat:
30. *in vino commoratur, & calicibus*
epotandis ſtudet: Verbo: beſtiarum
inſtar

inſtar viuit, ſentit ſolam carnem
& ſanguinem, poculẽta, & eſcu-
lenta prætereaq; nihil. Sed intel-
ligat in hac vita ſua molli, Chry- *Hom. 56. in Mat.*
ſoſtomo authore, multa ineſſe
naufragia; *animam enim*, vt idem
aſſerit, *carnalem reddit, cibum ei ſpi-* *Hom 44. in Ioan.*
ritualẽ detrahit, & gratia diuina ſpo-
liat. Intellectũ cæcat, ingenium
reddit obtuſum & craſſum, nihil
vt perſpicere poſſit. Voluntatẽ *Lib. 31. moral. c. 31.*
vitiorũ hoſpitium facit, ineptæ
ſcilicet lętitiæ, iuxta Gregorium
magnum, ſcurrilitatis, immũdi-
tiæ, multiloquij, hebetudinis ſẽ-
ſus circa intelligentiam; ſic vt in
ea, illa, haud ſecus quàm in cœ-
noſo bufonũ ſtagno densè vo-
lutentur. Memoriã adimit Dei,
potentiam executricẽ eneruat,
ſenſus, vt D. Ambroſ. ait, *rapit, ap-* *Of. 13. 6.*
petitum proſternit, cibi condimentum *De Cain*
tollit, corpus cõficit, cui enim væ? cuius *& Abel.*
patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui ſine *l. 1. c. 5.*

cauſſa vulnera? cui ſuffoſsio oculoꝝ
nonne his qui commorantur in vin
Prou. 23. 30. *& ſtudent calicibus epotandis?* qui
arctatur? quis æſtuat? in quem
Iob. 20. 22. omnis doctor irruit? in eum qui
ſatiatus eſt; carni aduerſus ſpiri-
tum, adeoq; Diabolo, arma præ-
bet, eamq; libidine accendit, cum
Lib. 2. con. Iouin. *videlicet ſeminariũ*, vt D. Hieron.
inquit, *cor grauat*, quemadmodũ
Lu. 21. 34. Domin⁹ loquitur apud Lucam;
Phil. 3. 19. *ventrem Deum facit, ſomnum aufert,*
Eccl. 31. 11. vt Eccleſiaſticus habet, homi-
nemq; non ſinit dormire. Vita
priuat; ſic enim ait Ambroſius
loco citato: *Plurimos gula occidit,*
nullũ frugalitas; innumeris vina no-
cuerunt, nulli parſimonia: Plerią; in-
ter epulas fudere animas, & menſas
proprio repleuere ſanguine. Mors eſt in
De pœnit. *olla* intemperantiæ: *Sorbet*, vt in-
quit D. Auguſt. *vinũ impius, & ab*
illo abſorbetur. Mortis termin⁹ q;
Ad Rom. 14. 17. *Regnum cœlorũ non eſt eſca & potus,*
ſed iuſtitia & pax, & gaudiũ in ſpi-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ritu ſancto. Quis exitus? infernus, cum diuite epulone ſine exitu. Itane? Audi impie D. Ambroſ. loco ſupra allegato: Audi, inquã quos Chriſtus cœlo excludat, inferno autem includat. *Cum intrauerit*, inquit, *paterfamilias, & clauſerit oſtium, incipietis foris ſtare, & pulſare oſtiũ dicentes: aperi nobis, & reſpondens dicit: Neſcio vos vnde eſtis, recedite à me operarij iniquitatis. Tunc incipietis dicere: manducauimus coram te, & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet vobis: Neſcio vnde eſtis.* Audiſtis quid de manducantibus dixerit? Malè ſcilicet & intemperanter mãducantib.

CAPVT XVIII.

Voluptatem carnis, quæ aliorum corporum propagationi ſeruit, facit peccator ſuam aduocatam.

NE illecebræ hæ carnis ſuos aliquando egrediantur termi-